

Am. v. Sichtenhorst.

Vir Illustris,

Tardè sed tandem ad te mittitur Dissertatio illa, de qua in Zutphanensibus comitijs coram tecum sed obiter egi: quamquæ præsens præsentis nuper Amiffortensi in oppido exhibuissent, nisi fuisse illic et abisse Higenium, simul intellexissent. Nisi valde vitium illud me decipit quod Narissum perdidit, non planè indigna erit, cui percurrenda duas horas Celliss. Princeps impendat. Ceterum ut quam ocysimè offeratur, admodum è re erit, si modò tibi nunc potest, ac peregre non absit, ut novellarij nuntiant, Dominis huius. Neque enim brevis mora tam noxia, quam esset intempestiva rei huius divulgatio posilens. Paulò longius evagatur sum quam primò constitieram; nec aliter potui, tum propter diversitatem ac magnitudinem argumenti, tum quod receptus vulgò opinionem quædam impugnare ac convellere necesse habui. Alicui è patria Statoribus quicquid huius est opella tradere in animo habebam: verum diversis ex causis prius Magni Principis iudicio iudicium meum submittere, satis postea putavi. Quod restat per te fideliter ac ex voto meo curatum iri dubitare me non permittit innata tibi doctisque iam omnibus passim nota ac tantopere prædicata humanitas, quæ etiam nuper beare me fatigio tuo non inferius credidi. Si insuper præsentia mea, aut plura autographa (quæ huiusmodi exempli, penes me seruo) à Principe desiderantur, tam amico imperio libent ac prope parebo. Vale patria nostra ac literarum insigni fidur, ac Slichtendorstium inter clientel tuas accense, qui te huiusmodi serio admiratur. Amifforti pridie kal. Vi-kleis A.C. de 1767.


præter tria quæ mitto,

S. RYKS
ARCHIEF

Nobil. huius cultor officiosus

Arn. Slichtendorstius.

Es bevrage die hiesel van Gylbert van
Emland op der Langen Graff tot Amelstort



Als de wel-adelike wijt-bekende
Heer Constantin Gijzen, Ridder,
Heer van Zülche, Monichelant,
de Zülche, Raedt der Secretaris
van sijn Soort

in 's Gravenhage

Ew.
v.
v.

Leent van Utrecht.